



**Regularvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla LXXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

50

felicissima hæc nostra ciuitas proprias sibi leges constituit, quæ statuta vocantur quibus aliæ ciuitates huic imperio subiectæ obsequuntur, & inferuiunt, & illis deficientibus loci consuetudo spectanda, quia in iuditiis quod consuetum est fieri obseruatur, propter actuum frequentiam, ita Deci. in c. canonū statuta nu. 83. de constit. Affl. deci. 321. nu. 17. Gui. papa q. 23. nu. 3. Guiel. de Ludo. sing. 37. auct. de iudit. §. illo custod. doct. in c. 2. de consul. l. de quibus & l. minime. ff. de legib. Bal. consi. 285. casus. nu. 4. v. vol. 2. & in consi. 441. nu. 8. uol. 5. ubi statura & consuetudo etiam minores ligant. & est in uol. i. consi. 148. nu. 8. & in consi. 58. nu. 8. uol. 2. incip. in restit. & consi. 48. in nu. 3. uol. 3. incip. super unitate in fin. ubi dicit q. consue- tudo est interpretativa statutorum allegando. l. sacerularii sunt quidam. ff. de extraord. crim.

REGVL A LXXVIII.

1. Legitima est quota bonorum, & debetur fratri ac sorori in bonis testatoris turpi persona instituta, tex. est cum glo. in l. fratr. & l. fratres. C. de inoff. test. & ibi glo. Affl. deci. 125. nu. 2. & debetur sine aliquo onere. l. quoniam non uella, & quoniam in prioribus. C. de inoff. testa. deducto semper ere alieno & funeris impensa. secundum Deci. consi. 89. uiso puncto. nu. 5. in fine uol. i.

1. Fallit nisi turpis persona instituta hereditatem repudiatur, nec in illa se immisceat, quia eo casu querela non nascitur secundum Bal. in d. l. fratres num. 7. ex quo repudiando non intendit habere beneficium d. hereditatis, quia in bonis sibi præjudicat iuri vulga.

1. Fallit etiam quando statutum aut loci consuetudo prohibet filiam vel sororem dotatam posse petere ultra, id quod est eidem relictum a patre, vel fratre, quia eo casu nullo modo agere poterit ad supplementum legitimæ secundum Roma. in consi. 16. nu. 5. & 6. Boer. q. 188. num. 7. & Castr. consi. 196. in antiquis. col. 2. uersi. secundo uero inspecto. cum aliis infinitis.

G 2 REGV-